affectu inordinato perturbata, nunquam atro erroris fumo ob-
ſcurata, nil in ea erat incompoſitum quod corrigi, nil immun-
dum, quod lauari, nil ſordidum, quod detergi poſſet, omnia
ordinatiſsima erant, carnem ſpūs regebat, caro ſpiritui ob-
temperabat, bonū quoq; quod volebat, id agebat, et malum quod
nolebat, id omittebat. Porro ſpes nimia vel opum, vel
honorum, mentem illiꝰ efferre non potuit, nam opes quas
petijt paupertas erant, honores quos concupiuit, famulatꝰ
erant. Deſperatio qui eam occupare potuit? cum nil unquam
perdiderit, quod perditum ij vellet, nil unquam expectauerit,
quod optanti denegandum fuiret? Lætitia vero ita exhilera-
bat illam, ut hilaris ſemper cum oportebat, appareret, nō
ruga caperabat frontem, non ſeueritas exaſperabat, non
infortunium euertebat, non aduerſa extinguebant. læta-
batur ergo ſemper, ita tamen lætabatur ut triſtitiæ cauſas nun-
quam non ruminaret, ita vero triſtitiæ cauſas verſabat,
ut et ab illicita lætitiæ effuſione temperaret, et triſtitiæ
ſuccumberet nunquam. Fuit itaq; pulcherrima virgo
ſororum ſuarum Dnā, fuit vera inter eas concordia, non
certe tot affectionum agitabatur procellis ut nos, nō tot
flexuoſis cupiditatum vorticibꝰ abſorbebatur ut nos, non
æſtuantis, et feruentis pelagi (naām nrām puto) æſtibꝰ
corrumpebatur ut nos, ſed erat mare tranquillum, pacatū,
mare ſuauiſsimum, omnis turbinis, amaritudinisq; expers,
et quod conſequitur erat mare pulcherrimum. Reſtat,